

Cyrurgia parua

CSecunda forma est vnguentum apostolorum. Quod Recipit cere albe rasine armoniaci. an. 3. quatuordecim. opponacis. floris eris. an. dragmas tres. aristologie rotunde thuris. an. 3. vi. mirrhe galbani. an. 3. quatuor. bdelly. 3. sex. litargiri. dragmas nouem. olei communis. libram vnam. fiat vnguentum dissoluantur gumme in aceto: et dis soluantur bene et colentur et misceantur cum lithargiro decocto cum oleo et addatur cera et rasina liquefacta: et coquatur quousque incipiat gutta coagulari: et depone ab igne: et misceantur alijs pulueres: et in fine viride eris: et fiat vnguentum.

CTerzia forma est gratia dei: et est vnguentum nigrum dictum ab Hebbé. ceras eos: et eo vtebat Magister Petrus de Argentaria: et Magister Anselmus de Janua: cuius materialia sunt vnguenti apostolorum: sub alia tamē dosi: nisi q̄ loco floris eris ponitur erugo campane: et de coquitur donec nigrescat.

CQuarta forma est vnguentum egyptiacum: et ponitur a Galieno et a Rasi et Albucasi: et eo vtebat magister meus bononiensis: et ego semper in eo inuenio bonam probam leuiter corrodit et mundificat. Rx. mellis. libram vnam. ace ti. libram medium. floris eris. 3. i. aluminis. 3. 5. coquantur ad ignem donec spissentur et est rubeus: et ideo. S. vocat ta lia bicoloria. i. bine faciei.

CQuinta forma est vnguentum viride Rasis et Auicenne: raro tamen vtor eo: quia vnguenta viridia sunt multum diffamata apud vulgum. Rx. mellis. libram vnam. vi ride eris. libram medium. aluminis. quartam vnam. misceantur.

CSexta forma emplastrum rubeum grecum: et ponitur a S. et Hebbé. et eum commēdat Magister Dynus: rectificat vlcera mala difficilis consolidationis. Rx. olei. libras duas. aceti. libram vnam et mediaz. lithargiri. libram vna ciniar: qd est viride eris. vnciam vnam. coquatur lithargirium cum oleo et aceto donec ingrossetur: et tunc pone viride eris in fine et coquatur: et fiat emplastrum.

CSeptima forma est vnguentum viride herbarum: et eu cōmendat Magister Dynus: quia plagas veteres mundificat: et carnem superfluam suauiter consumit: et consolidat et sanat. Rx. celidone plantaginis scabiose vrtice leuisticī centrum galli crasse. an. Manipulum vnu. conquisentur cum libris duab' olei per septem dies temperētur: deinde buliantur et exprimendo colētur: cui colature addatur cere. 3. tres. terbentine. 3. sex. rasine. 3. duas: et buliantur donec paruz spissentur: deinde tollantur ab igne: et misceantur thuris sarcocolle aloes. an. 3. vnam. aristologie longe floris eris. an. 3. sex. misceantur: et fiat vnguentum: est enim bonum et probatum.

COctava forma sunt trocisci: et primo sunt trocisci andromachi. qui a Galieno et Auicenna dicuntur aldaron: et ponuntur in puluere aut distemperantur cum vino vel acetato. Rx. cortices granatorum. x. gallarum. 3. viii. mirrhe aristologie rotude. an. 3. quatuor. draganti aluminis iameni an. 3. duas. cegi. i. vitreoli. 3. quatuor. puluericentur: et cuz vino dulci conficiatur: et fiant trocisci. **C**Item trociscus calidicon. Rx. calcis viue. partem vnam. arsenici nigri: et citrini. alkali. acatie. an. partem mediaz. puluericetur: et misceantur cum capitello: et fiant trocisci. **C**Capitellum secundum Albucasis et Rogerium sic fit. Rx. calcis viue salis armoniaci. an. libram medium. terantur: et pistentur cum lexiua cinerum truncorum fabarum: et ponantur in olla in fundo minutis perforata: et ponatur alia olla integrā de subtus in qua recipiatur capitellum et sepeliatur in

fouea et dimittatur per septem dies: et colatura erit caputellum: valet enim ad consumendum omnem superfluitatem et corrodit et comburit: et eius escara cito cadit.

CNona forma sunt trocisci assodillorum: et sunt Rogerij et totius communis. Rx. succi radicis assodillorum 3. sex. calcis viue. 3. duas. auripigmenti. 3. vnam. conficiantur: et fiant trocisci: et sunt de meis.

CDecima forma sunt trocisci de arsenico preparato secundum quatuor Magistros. Recipe arsenici sublimati. quartam vnam. pistetur cum succo solatri: et desicetur ad solem aut ad ignem bis vel ter: et ultimo formentur trocisci.

CUndecima forma sunt ruptoria Albucasis que fiunt de calce viua: et sapone: et aliqui addunt ad alterandum colorē de fuligine nigra: et incorporantur cum saliuia.

CDuodecima forma sunt cauteria actualia Albucasi. que confortando membrum extirpant omnem malitiam: et sedatur arsura in primis duobus diebus cum albumine oui: et oleo rosato agitatis et mixtis: et post procuratur casus escare cum butiro lauato: et cum modica farina mixto. Et prohibetur fluxus humorū vngendo circumquamque cu vnguento de bolo armenico: et terra sigillata et oleo rosato et aceto: et cum vnguento populeon aut cu vnguento albo.

CDe auxiliis vlcerum cum fistula. CAP. VII.

Axilia vlcerum compositorum cu fistula sunt quatuor formarum.

CPrima est potio ad fistulam probatam. Rx. agrimonie. partes tres. plantaginis. partes duas. folio p̄ oliue. partem vnam. decoquantur cum vino albo: et det quolibet mane plenum vitreum.

CSecunda forma est emplastrum de agrimonia. Ecce agrimoniam et pistetur cum sale: et succus exprimatur in fistulam: et substantia superponat.

CTertia forma est lichenium infusum in aqua forti aut in aliquo de trociscis dictis distemperatis cum aqua ardente vel capitello vel vino. **C**Aqua fortis secundum alchimistas sic fit. Rx. salis armoniaci auripigmenti rubei: et citrini cuperose viride eris. an. puluericentur: et ponantur in alembico de vitro bene lutato: et distillentur cum lenito igne: et prima aqua abyciatur: et secunda quando alembicus efficietur rubeus in vase vitro custodiatur: et bene cooperiatur. Est enim tante efficacie q̄ ferrum liquefacit et perforat: et ideo sola gutta mortificat fistulam et liquefacit omnes verucas et excrescentias.

CQuarta forma sunt ruptoria incisoria et cauteria actualia Albucasis: et q̄ tractentur ut dictum est de vlceribus fraudulentis.

CDe vlceribus compositis cu cancro. CAP. VIII.

Axilia vulnerum compositorum cu cancro sunt sex formarum.

CPrima forma sunt potionis ad cancrum: et sunt de herbis capillaribus precipue dictis q̄ ceterach potatus et portatus valet. **C**Item dicit Magister Arnaldus de centinodia q̄ smeraldī et saffiri sunt boni.

CSecunda forma sunt lauamenta precipue cum aceto.

CTertia forma est linimentum factum in mortario de plumbo cum oleo rosato: qd ducatur tantum ad radium solis quousque sit nigrum mirabiliter commendat a Galieno et ab Auicenna.